Num.	Argumenta.	Lapill. vocab.	Possessores.	Monum. Scriptor.
	quidem animo non sic opera Graecorum delirant.			
453	Armati duo, *vulneratum specie heroa ampliore humeris sustinentes. Ille maior ac medius clypeo est Graecanico caelato signis Gryphi ceruam oppressam frangentis.*	Sardon.	Eques Obdam	
454	MARTIS *chlamydati, hastam que et galeam tenentis,* signum in anulari. *siue ille, vt in nostris,* Quirinus *est.*	Achaton.	D. Nixdorff	
455	Aliud eiusmodi.	Sarda	Com. Moszynski	
456	FORTVNAE signum, *siue Pacis est Copiae cornu, in quo vomer, tenentis: dextram porrigit procumbenti in genua velut prouinciae mitra Phrygia ornatae.* Daciam *esse putant.*	Sarda	Borioni	Coll ant. t. 71
457	CIRCENSES *quadrigis decurrentibus factionum, spina circi apparente signorum plenissima.* Ista in anulari parua. opus probum.	Sarda		Marci Velseri Rer. Aug. Vindel. Monum. p. 243 Comm. litt. Lipf. T. I, pag. 327, 328
458	Circenses alii *quadrigis factionum quatuor frequentes, cum venatione leonum, vrsorum, luporum, struthiocameli, cetera. In medio nauis magnae specie cum ornamentis suis spina est.* item in anulari *signis hominum et equorum et ferarum amplius* XXVII.	Sarda		
459	Mulier virum nudum amplexa *tanquam deficientem vulneribus. Capanea fortasse dixeris, quem Euadne sustineat humandum.* Prope arbor est. *opus doctum.*	Sarda	Borioni	Coll. ant. t. 71
460	Armatus *Graecorum ritu,* alium armatum *vulneribus confectum humero portans.*	Sarda		Maffei Gem. T 4, t. 40